

Sacerdos Prophetae perlegit, qui a Deo iustus alteram adjecit ad captivos epistolam, denunciatis Semeia mortem in captivitate, sicut & illum ejusque posteros ante delendos, quam ut liberationem populi Juda spectarent.

z Cap. 32.

Obsidionem Ierosolymae susceperat Nabuchodonosor anno 18. Regni sui, & 10. Sedeciae (z). Expugnandam Urbem non semel tantum, sed crebro Jeremias praenunciavit, adeo cives in se concitavit, ut in atrio Aulae carceris loco detineretur. Ed virum convenit Hanameel ejus consobrinus, monens devolutum ad eum jus emendi agrum in Anathoth patriam sua situm. Emit ille ab Hanameele, redactoque in tabulas instrumento pecuniam solvit; librum vero possessionis Baruch coram Hanameele & testibus tradidit in figlino vase servandum, ne forte successu temporis corrumpi illum contingeret. Si quidem tempus erit, ait, cum possidebuntur domus & agri in terra ista. Aegre dictis hisce fidem praebat ipse Jeremias, quem proinde Deus prolixè confirmat toto eo capite (a), & sequenti.

a Cap. 33. b Cap. 34.

Eadem obsidione perseverante (b), Rex caeterique populi in coetum coacti, consultarunt de manumittendis omnibus captivis Hebraeis ineunte jam anno Sabbatico, quod sibi a Lege injunctum norant. Parendum Legi censuerunt, & captivi manumissi tandem liberi permitti sunt, quando gravis moenibus hostis insitit. Sed reductis à Nabuchodonosore armis, ut ducentem auxiliares Hebraeis copias Aegypti Regem retunderet, Judei eo metu liberati, captivos reduxerunt in servitutem, nihil Dei praecipit morati. Acrem eam de re expostulationem instituens Jeremias, omnia in suum caput deturbanda mala ut timerent, illis praedixit.

c Cap. 37.

Post recessum Assyriorum, libertas Urbis simulque Prophetae restituta est (c); rogatus insuper à Sedecia Propheta, ut se etiam atque etiam Deo commendaret. Missos ad eam rem à Rege viros renunciare iussit Sedeciae, Assyrios mox moenibus graves adfuturos, à quibus expugnandam Urbem, atque in cinerem favillasque redigendam sciret. Cum vero post haec Propheta in Anathoth patriam suam redire decrevisset, à praesidiariis militibus pro ipsis Urbis foribus prohibitus est, specie quidem quasi ad Chaldaeos defecturum prohiberent. Ejus causa Optimatibus commissa est cognoscenda, quorum sententia in carcerem coactus adeo tetricus, ut ipso demum capite Propheta periclitaretur. Aliquando post clam à Rege accitus sciscitantem audivit, dum aliquid haberet novi ad se spectans, nunciaret. Equidem, ait Propheta, te Regibus Chaldaeorum tradendum certo teneas: tum Regem rogare ne in eundem carcerem reduceretur. Ille roganti facile se prebuit, iussitque quotidiano pane ali, cibo adjecto qualis, in obsessa Urbe permittebatur; facile enim credimus Nabuchodonosorem intermissam obsidionem antehac resumpsisse.

Igitur post deletas Aegyptiorum copias, Nabuchodonosor gravius moenibus insitit

(d). Quare ad eas angustias redactus Sedecias, per Phasur & Sophoniam, Prophetam consuluit, num prosperum aliquid per Deum Urbi sperandum maneret. Jeremias nihil illis reliquum dixit, nihil Regi, nihil Optimatibus, nihil etiam populo, qui exitium suum in Urbe opperiri maluisset; reliquos qui sponte sua Chaldaeorum castra subeuntes se dederent, illos saltem vitam manere.

d Cap. 38.

Cum vero minis denunciandisque malis nullum modum ponere videretur, querelas eam de re suas Optimates ad Sedeciam retulerunt; à quo in eorum potestate permissus Propheta, in arenam cisternam sed lutosam funibus demissus est (e). Re comperit, per Abdemelech Aethiopi Sedecias educendum aditum praecipit, ne forte in extrema, qua Urbs tota laborabat, panis caritate, fame enecari contingeret. Rursum vero eductum Prophetam secretò interrogavit, num aequiora sibi aliqua speranda nunciaret. Quem ille vitam sperare iussit, simulque Urbem ab occasione immunitatem futuram, siquidem ultro se Chaldaeis dedere maluissent; recusantibus certam captivitate & Urbis everisionem imminere. Hunc cum Rege congressum nemini mortali proderet Jeremias à Rege iustus est; simulque in atrio carceris manere praecipit, ubi ad captam usque Urbem, anno scilicet Sedeciae undecimo, mansit.

e Cap. 38.

Factus certior Sedecias teneri Urbis fores à militibus Nabuchodonosoris, fugam noctis silentio dilapsus, ad desertam Jerichuntina se conferebat; sed fugientem instantes Chaldaei, tandem assecuti captivum ad Nabuchodonosorem Reblatam in regione Emath rapuerunt. Illud captivo Principi supplicium à victore decretum, ut mactari singulos filios coram cerneret, ac deinde luminibus orbaretur; orbatus autem oculis Babylonem deductus est. Devidam Regionem administravit Nabuzardan, iustus, collectis populi reliquiis, ingenuos viros Babylonem deducere, foecem relinquere. Simul tamen mandatis oneratus est, omnem impendere curam, ut Jeremias servaretur. Haec igitur in se recipiens Nabuzardan, selectos ipse captivos traduxit, reliquos in Judaea relicti praefecit Godoliam. Huic rebus Judaicis Praefecto haerent Jeremias, & Baruch, sicut & alii plurimi Judaeorum, quos belli metus per finitimas regiones disperserat (f).

f Cap. 40.

Inter haec, Ismael filius Nathaniae genere Regio, invidiae stimulis in Godoliam agitata, dolo illum perempturus in Maphat unam cum decem viris se contulit; statimque Praesidem conveniens prodicione occidit, sublatis simul Judaeis omnibus & Chaldaeis, quos unam versantes nactus est. Tum collectam, quantam potuit, populi manu in Ammonitidem iter instituit; sed euntem insecutus Johanan filius Caree, & relinquere praedam & fugam se unam cum 8. tantum viris in Ammonitidem proripere coactus est (\*).

\* Cap. 41.

Johanan coactam ingenti Judaeorum turba juxta Bethleem, Jeremiam consuluit, manendum ne sibi esset, an in Aegyptum ma-

maturandum? Propheta postulatis ad respondendum decem diebus, tandem verbis se Dei renunciare dixit, omnes gladio, fame, & peste perimendos, siquidem in Aegyptum divertere maluissent; manentibus promptam Dei opem pollicebatur.

g Cap. 43.

Surdus auribus (g) Prophetae vaticinium excipientes populi Duces, fallendi consilio illum oracula simulasse dicitabant; accusantes insuper, illum precibus Baruch persuasum, consilio tendendi in Aegyptum adversum se praebuisse. Ed igitur decretam professionem nec Baruch nec Jeremias, inviti licet, & reluctantes, cum illis recusare potuerunt. Oraculis fundendis nunquam desinit Propheta in tantum, ut certum etiam locum demonstraret, ubi Nabuchodonosoris solium, cum in regionem veniret, erigeretur. Aegyptiis indicit, ut iidem malis & calamitatibus, quibus antea oppressos Judaeos viderant, se quoque premendos timerent (h). Pharaoni Vaphrogo eandem sub Chaldaeis Regibus captivitate annunciat, qua in Sedeciam animadvertum antea norat. Tot malorum, quae Jeremiae oraculis praenunciabantur, tadio affectus Baruch, bono esse animo à Prophecia iustus est (i); quamvis enim ex his quae praedixerat irritum nihil futurum esset, sciret tamen incolumem se inter tot ruinas à Domino conservandum.

h Cap. 44.

i Cap. 45.

Hucusque de historia & rebus gestis Jeremiae, quantum ex eius lucubrationibus colligere licuit. Quo genere mortis, tempore, & loco obierit, incerta omnia; sunt qui lapidibus confectum dicant in urbe Taphni à Judaeis, iniquo animo minas ejus & expostulationes ferentibus, scriptumque de illo autumant ad Hebraeos 11. 37. Lapidati sunt (k). Sunt inter Rabbinos, qui rediisse ex Aegypto in Judaeam asserant; contendisse Babylonem cum Sedecia, ibique vitam clausisse tradit Abrahanel. Creditum est à veteribus compluribus Patribus, adhuc superstitem Prophetam cum Elia reservari [1], cum de obitu ipsius nihil habeatur in Sacra Scriptura, & interroganti Christo, quae de se ipso ferbantur vulgari apud Judaeos sermone, responderunt Apostoli, alios credere illum Eliam, alios Jeremiam (m).

k Hebrae. traditio, Tertull. adversus Gnosticos. cap. 8. Hieron. lib. 2. in Jovin. Pseudo-Epiph. de vita & morte Proph. Doroth. in Synop. &c. I. Victorin. in Apocal. cap. 11. 3. Plures apud Hilar. in Matth. Can. 20. m Matth. 26. 34.

Caput 52. alium habere à Jeremia auctorem videtur, cum rerum Jeconiae & Sedeciae veluti summam complexum, totidem verbis è duobus postremis capitibus quarti Regum descriptum appareat. Quin & in Exemplaribus Jeremiae ante caput illud 52. scriptum legitur: Huc usque verba Jeremiae; unde firmior est nostra conjectura, succedens illud caput ab eo adjectum esse, qui Lucubrationes Propheticas recensuit. Ampliorem etiam additionem nos in scriptis Isaiae deprehendimus. D. Huertius Episcopus Abrincensis suspicatur, adjectum caput hoc quinquagesimum secundum ab Esdra, veluti praefationem ante subiectas Lamentationes.

Cum eam aetate floretet Jeremias, qua prostratis Republicae Judaicae rebus, imminetium malorum eventus & praedicere Dissert. Calmet. Tom. I.

Propheta, & spectare testis coactus est; quod atrocem viro invidiam apud Judaeos conflaverat; haec planè omnia acri illo & vehementi stilo constando non modicè contulerunt; perpetuam enim expostulationem utitur, totusque ingenti illa malorum ideae Scriptor replebatur, quae vividis ubique coloribus & pathetico fatis stilo depingit.

Ex deducta vero huc usque serie rerum à Jeremia gestarum, facile Lectores intelligent, nos capitum ordinem praeveritisse; ex quo non inviti suspicamur, plures ex ejus viri Lucubrationibus temporum injuriam intercidisse. Illud saltem constat, feriem Chronologicam in illis desiderari. Ex capitibus 29. & 50. & 51. desumptae sunt geminae illae epistolae Babylonem transmissae, quarum altera coram populo lecta, deinde iussu Prophetae in Euphratem projecta est.

Praeter haec omnia, plura etiam scriptis mandavit Propheta, uti Lamentationes, quae sub ejus nomine nostrae etiam aetate leguntur; funebre canticum in obitum Josiae (n), quod nostrae aetate desideratur. Eidem etiam Authori tribuunt Psalmum 136. sicut & junctam cum Ezechiele operam alteram, nempe 64. concinnasse tradunt. Sunt etiam qui ab illo digestos credant tertium, & quartum Regum, quod scilicet postremum quarti Regum caput idem recurrit in calce ejusdem Prophetae (o). Fortè tamen, quod verisimilius credimus, postremum Jeremiae caput è postremo quarti Regum derivatum est; quemadmodum non abfimili exemplo capp. 37. & 38. Isaiae ex iisdem libris Regum descripta sunt. Laudat scripta quadam ejusdem Prophetae 2. Macch. 2. 1. quae nostrae quidem aetate intercederunt; manebant tamen anno 188. Seleucidarum, Mundi nempe 3880. Solemne est etiam PP. ut Baruch sub Jeremiae nomine laudent: quod ab illis non eo consilio factum constat, quasi vulgata sub nomine Baruch vaticinia Jeremiae deputanda crediderint; sed potius quod eo Amanuensi uteretur Jeremias, ejusdemque scripta statim post illius lucubrationes subicerentur; ac tandem quod pars libri Baruch, nempe postremum ejus caput, epistolam continet à Jeremia ad Judaeos Babylone captivos datam (p).

n 2. Par. 25. 25.

o Procop. Istd. Kimchi, To. stat.

p Aug. de Civit. 1. 18. cap. 33. Chryso. 1. 2. contra Judaeos, cap. 6. Clemens Alex. Pedagog. 1. 1. cap. 18. Ambros. Hexaem. 1. 3. cap. 14. Ila Basili. Epiph. alii. q Tertull. Scorp. cap. 8. Hieron. in prolog. Epiph. & Doroth. & Istd. de vita & morte Proph.

Credetur diem in Aegypto clausisse. Tertullianus, S. Hieronymus, Pseudo-Epiphanius, Dorothaeus (q), tradunt lapidibus in illum animadvertum, quod liberis in scelerata Judaeorum invehetur; adduntque ejus sepulchrum Taphni gloria miraculorum claruisse, quae maxime depulsis angibus, & cocodrillis spectarentur. Legimus in Chronico Alexandrino, hunc Prophetam ibidem versantem praenunciasse Sacerdotibus Aegyptiis futurum, ut subita terrae concussione eorum Idola deicerentur, quo tempore Servator in Mundum veniens, in praesepe quodam infans jaceret. Eo vaticinio instructi, Virginis & Infantis in praesepe positi simulacrum divinis honoribus consecrarunt. Ejus imaginis causam sciscitatus à Sacerdotibus Rex Ptolemus, respondentes audivit, è veteri traditione à

A a a a z Jere-

Jeremia derivatâ rem se tenuisse. Addebant, Alexandrum Magnum, cum fortè ad tumulum ejusdem Prophetæ se contulisset, auditis ejus viri de se oraculis, ejusdem reliquias asportari Alexandriam, & in magnificentissimo à se erecto tumulo recondi jussisse (r). Hæc è Chronico Alexandrino deducta, dum nullum habeant veterem asertorem, fidei sunt sublextæ.

r Jo. Moseh. in prat. spirit. cap. 77. idem tradit, addens Jeremia memoriam summis honoribus coli in vico Alexandriæ, dicto Tetraphylo.

Eupolemus apud Eusebium Præpa. lib. 9. cap. 39. non sanè in Jeremiam, cujus laudes profeguitur, iniquus, plura de illo narrat, frustra alibi quærenda. Imminentem Judæis idololatriæ exitum vir ille prænuñciaverat, cujus rei merito sententiâ Regis Joachim ad ignem mox fuerat damnandus, sed ab eo consilio Regem absteruit, quod diceret, Judæos in captivitatem adductos iisdem lignis, quibus sibi piram construxerant, usuros, parandis cibis victoribus Babylo- nis, effodiendisque in vicinâ Euphratis & Tigridis foveis. Contigit reapse, ut Nabuchodonosor certior de hoc Jeremiæ oraculo factus, expeditione Judaicâ decretâ, fœderatum sibi adjungeret Assibaram Medorum Regem, junctisque cum illo armis post occupatam Samariam, Galilæam, Scythopolim, Galaaditidem, evertit Jerosolymam, Joachimum omnesque templi divitias transtulit, solis exceptis Arcâ, tabulis Legis, & Jeremia.

Plerâ sunt in hac historiâ conficta, & veritati planè repugnantia, uti que narrantur de fœdere cum Rege Medorum, sicut & de causa suscipiendi ab Assyriis in Judæos belli; ut nihil dicam de occupata Samaria, quæ à Cuthæis Nabuchodonosoris subiectis tenebatur, nisi si fortè, quod facile credimus, tunc temporis nulla erant Samariæ nisi rudera. Quod ad Arcam & Jeremiam à Nabuchodonosore relictum spectat, traditum id 2. Maceh. 2. 4. 5. 6. ubi legimus, Jeremiam assumptum sacrum ignem in cisterna quadam occultasse; transtulisse insuper Tabernaculum, & Arcam in speluncam montis Nebo, ubi olim Moyses occubuerat, ibique ad hodiernam usque diem celatam servari.

\* Orig. & ejus sectatores apud Hieron. in Jerem. 1.

Non desuerunt inter Vetres (\*), qui antequam planè conciperetur, reapse tamen in rerum natura extitisse autumarunt, quod desumpsisse sibi ex illis Jerem. 1. videbantur; Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva, sanctifi-

cavi te. Qui verò è Patribus rebantur, superstitem adhuc Prophetam cum Elia manere, de illo scriptum interpretantur illud Apoc. 11. 3. 4. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta annis facis. Opinionem hanc quamvis ætate suâ, uti ipse quidem fatetur, receptissimam, minùs se probare scribit S. Hilarius in Matth. Can. 20. Porro 2. Macc. 15. 13. fatis pro ejus obitu apertum est testimonium: Hic est, qui multum orat pro populo, & universa Sancta Civitate, Jeremias Propheta Dei. Ejus memoriam inter viros sanctimoniâ insigniores Veteris Testamenti coluit Ecclesia, quippe qui unus idemque & Propheta, & Virginis, & Martyris dotes in se concilia- verit, atque ab ipso matris utero morum sanctitatem retulerit (s).

Pedestri stylo potiùs, quàm sublimi, si cum Isaia, Osee, aliorumque Prophetarum conferatur, juxta Hieronymum Præfat. in lib. 6. Comment. in Jerem. usus est; cujus rei in causa idem S. Doctor credit esse humilem patriam, vicum nempe Anaroth, unde nihil ingenuum, nihil elegantia & puritate filii spectatum, quod maximè in amplis Urbibus & in Aula solet, derivari potuisset: Sed, ait, quantum in verbis videtur simplex & facilis, tantum in majestate sensuum profundissimus est. Cujus de Repub. Hebr. lib. 3. cap. 7. Jeremia, inquit, omnis majestas posita in verborum neglectu est, adeo illum docet rustica dictio. Movendis affectibus, ac maximè ad miserationem flectendis, valere illum Grotius autumavit, ut de illo dici queat quæ de tristi, & lugubri Simonidis stylo feruntur: Tristis lacrimis Simonidæ. Namque in eo maximè valuisse Simonidem etiam Quintilianus animadvertit; ut nemo illo meliùs elegias & tristes Lucubrations scriberet (t). Excellentissimum hujus rei specimen præbent Lamentationes Jeremiæ. Non desuerunt tamen, qui in eo Propheta filii granditatem observarent (u). Alii molliores affectus, & fervidos vividosque motus in ejus scriptis animadvertunt (x). Versio Greca Jeremiæ nec exacta est fatis, nec ad literam, qua de re conqueritur S. Hieronymus Præfatione in Jeremiam Versioni suæ præfixâ. Frequentes etiam in illa transpositiones, maximè post cap. 25. occurrunt.

s Vide Hieron. in Jerem. 23. 9. Filios eidem tribuit Paraphrases Chaldaus in Jerem. 37. 12. t Quintil. lib. 10. cap. 1. Simonides, tenuis alioqui, sermone proprio, & jucunditate quâdam commendari potest; præcipua tamen ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejusdem operis Authoribus præferant. u Sancti. Proleg. Dupin, Frassen. Verum D. Simonides in Epistolis Selectis t. 3. Epist. 7. Supplem. itemque in Dissert. Critic. sub Revelini nomine vulgatis Francosurti 1688. contendit, hanc illorum sententiam è minori peritiâ linguæ Hebraicæ provenisse; opinio- nem illi mutarent, si in Hebraicæ linguæ cognitione magis aliquanto profecissent. x Fleur. præfat. M. S. in Prophetas, Jeremia mansuetudinem, affectus teneros, fervidosque motus.

# DISSERTATIO

## DE CHARACTERIBUS MESSIÆ juxta Hebræos Jesu Christo recentiores.

Cum omnium Judæorum cu- jusque ætatis expectationes in Messiam verterentur, ideam de illo non obscuram habuisse credendi sunt, certisque ipsius characteribus ab universa gente receptis designasse, quo certo indicio, si tandem in mundum veniret, agnosceretur. Maximum illud fidei dogma neminem latere oportuit; omniumque expectatio in eum taquam Liberatorum ab omnibus Scripturis promissum tendebat. Undique in Scriptura occurrunt expressis de illo characteribus apertissima, quamvis alioqui variis temporum & rerum circumstantiis varia, ejusdem tamen Spiritus in omnibus Prophetis loquentis, vaticinia. Nunquam non ingeritur Messias, tanquam Deus & Homo, magnus simul & abjectus, Dominus simul & famulus; Sacerdos quin etiam & victima, Rex & Regi subiectus, morti obnoxius & mortis victor, dives & pauper, validus simul & imbecillus. Hæc inter se, sed specie tantum, repugnantia, in uno Messia concilianda expediebantur. Ipsi enim iidemque Sacri Scriptores majestatem Regis & victoris, Messia tribuerunt, quem alioqui de- pingebant tanquam virum dolorum, nostræ infirmitatis, contemptus, & humili- tatis exuviis velatum.

a Matt. 22. 42. b Matt. 2. 5. Mich. 5. 2. c Jo. 12. 34. d Jo. 7. 27. e Jo. 1. 45. dant. 18. 18. f Matt. 22. 42. Ps. 109. 1. g Jo. 7. 31. h Luc. 24. 26. i Marc. 9. 11. k Matt. 11. 14. & 17. 10. l Jo. 1. 29. m Matt. 11. 5. n Matt. 5. 17. o Matt. 21. 42. 44. Psal. 117. 22.

latriam, & impietatem (p); certatim populos ad Dominum convoluros (q); quamvis alioqui adversarios & obrectatores in se provocaturus esset, ne Regibus quidem exceptis (r). Ejus cadaver immu- ne norant ab incorruptione (s); genuinam Legis intelligentiam ab eo petendam (t). Tandem ne dubii quidem tenebant, Messia adventus ad secundi Templi ætatem spectare, & potissimum circa ætatem Jesu Christi proditurum, à quo etiam omnes demum figuræ implendæ fuissent. Quare Apostolis ea oracula prædicantibus, atque in Jesu Christo impleta demonstrantibus, nemo sanè Judæorum coram restitit, contendens nihil horum Messia convenire; sed hæc tantummodo obtrectatores ogge- rebant: Hæc quæ annunciatis omnia à Jesu Christo insigni impostore, Legis ever- fore, alienissima sunt, quare alter ab illo Messias expectandus est. In eo tantum, in- quit S. Hieronymus Præfat. in Commen. lib. 6. Jerem. cap. 30. Judæos inter & Chris- tianos certamen est, ut cum illi, nosque credamus Christum Dei Filium repromissum, & ea quæ sunt futura sub Christo, à nobis expleta, ab illis explenda dicantur.

p Isa. 43. 24. 25. & 44. 22. & 60. 18. q Matt. 12. 18. 21. Isai. 42. 1. r Psal. 2. 2. Ad. 4. 26. s Psal. 15. 10. Ad. 2. 17. t Jo. 4. 25.

At enim si Judæi æquè omnes id de Messia habebant exploratum, ut quid igitur Jesum Christum hisce expressum char- acteribus non agnoverunt? nonne in hunc hominem Deum omnia quadrabant futuri Liberatoris indicia? Fateor quidem men- tibus Judæorum distinctam hanc & lucu- lentam Messie ideam versatam; sed non deerant magno etiam numero Judæi cras- siores rudesque, qui aliam planè sibi de Messia ideam formaverant. Rati illi nihil nisi summum in Messia spectandum, pro- diturum credebant eo majestatis apparatu, ut nihil cæteris per orbem Regibus eâ in re concederet; quare nec defuturum illi Regnum in mundo, cui jura daret, non arma, quibus hostium Israelis cornua con- fringeret, non virtutem, qua parem sum- mis Imperatoribus bellicæ laudis gloriam compararet, ac tandem nihil sub eo Rege reliqui futurum Judæis ad gloriam, & felicitatem. Quidquid poterat ambitiosum animum occupare; quidquid exigendæ ul- tionis cupidus animus exposceret, ea omnia à Messia præstanda facile autumabant. Quod verò ad natalium ipsius humili- tatem, & vitam ejus ingloriam pertinet, ejus illi quidem confusam habebant ideam, & ad figuratum sensum detorque- bant;